

Reverende in Chrō Later.

217

Pax Chri.

Et si Summa R^e v^{ra} dignitas me multum à scribendo deterreat —
Cum tamen R. B. De Bloche. hasce meas literas deferendas manuque
propria reddendas ultro receperit, aut ut sperare fore ut eas
R. V. à tanto viro redditas, benigne toleraret, quas aliunde repudiare
atque abicere jure potuisset. Dabit itaque mihi hanc veniam R. V.
ut ei quam possum maximas referam gratias; Et si enim R^e v. Opera
prestantissima doctissimos ipsos Europe totius adjuvare atque instituere
possint, atque ex iis velut ex communi et publico fonte scientiarum omnia
atque artium gratissima pocula haurire quisque possit, Nullum
tamen autem dicere, ~~me~~ plures me haustus excepisse, aut saltem
fentis conatus excipere. Tantà certe ego in legendis suis voluminibus
perfundor voluptate, ut nonnullis timendum videretur, ne nimia in iis
jucunditate allectus cetera omnia omitterem. Itaque cujus ego miras
sententias quam frequenter audio, eundem ego tandem alloqui per litteras
aggressus sum, ut deinceps, ad Eruditissimum solertissimumque nostrum
temperatum virum literas aliquando dedisse me, possem gloriari, quod
certè R^e v. benigne daturam mihi confido. Mitto ad R. V.
Gallicum quoddam Trichonium quod à quopiam è nostris patribus compositum
est. id à peritis hic Summa approbatione exceptum est, atque Musurgia
sue præceptorum in præxim redactionis epitomen judicatum. quibus
suffragis si R^e v. approbas acceperit, sat scio nihil ulterius ab auctore
expetendum fore. Si R^e v. vellet indigere f. nro Meynard (qui
cum Catibus deputatis Romam profectus est) volumen aliquod musica
seu italicè seu latinè conscripta, qualia istis egregia esse commemorat
in sua Musurgia, pergratus sane et mihi et plurimis aliis foret. Si
preterea novum aliquod R. V. opus in lucem prodierit, ^{dabit operam} ut cum aliis
voluminibus, quæ huc Roma transferentur, etiam illa mittantur.
multa enim pollicetur de arte magna gravius et levium, de Mechanica
Pneogr. ex. quorum nos hic in desiderio sumus. Interim vero ego
Reum D. M. deprecari non cessabo, ut R. V. vitam diu beatam conservet

ut novis rempublicis ditare voluminibus possit. Me si qua in re tibi
utilem fore judicaret, siue in observationibus ~~ex~~ siue in aliis rebus hir-
curandis, incredibile est quam ~~id~~ mihi gratum accideret si meam
operam postularet; et si in rebus mathematicis ipso adhuc haberi
à V. R. possim, summum famen Studium quo ei placendi flagro
industriam meam acuet, dabitque solertiam. Sanctissimi me
R. V. A. plurimum commendo, oroque ut inter suos discipulos me
condignetur admittere, hoc ego certe nomine glorior ipsamque
Magistri mei pictam imaginem, quam in cubiculo expositam habeo,
quando ipsum prototypum non possum, intueri gratissimum est.
Bardesale 7. Id. Mart.

218

R. Vestro.

In Christo servus discipulus
Jen. Gallo Cardies
Socius Jesu.

[illegible]

Reverendo in X^o Patri.
D. Athanasio Kircheri Socii
IHSU.

Parvier

Romam

a Christo ferret gaudere

John. Peter. Dandies
John. Peter. Dandies